

## Estilo sublime.

San Agustín refiere el triunfo que su elocuencia sublime «Egi quidem granditer» alcanzó, aboliendo los juegos sangrientos que estaban en uso en Cesárea de Mauritania, en el cap. xxiv del lib. iv *De la Doctrina cristiana*, tom. iii, fol. 115; y los caritativos esfuerzos con que el mismo Santo logró desterrar de Hipona los excesos que solían cometerse en algunas festividades, los sabemos por la interesantísima carta en que el Santo da cuenta de este notable acontecimiento, á Alypio, obispo de Tagaste. (Epist. XXIX, tom. ii, fol. 114.)

San Juan Crisóstomo, homilía «Adversus eos qui Ecclesia relictæ, ad circenses ludos,» etc., tom. vi, fol. 272.

El libro *De lapsis* de San Cipriano (fol. 429) es una composición sublime; su exordio es pomposo, y muy notables las sentidas frases con que, después de congratularse con los que habían permanecido firmes en medio de la persecución, lamenta la debilidad de los que habían tenido la desgracia de caer, y con especialidad de los que se espontanearon antes de ser tentados.

En la lección XXV hemos citado la carta de San Cipriano al Papa Cornelio, relativa á los cismáticos Fortunato y Felicísimo, que es la LV, y se halla en el fol. 191. Es la expresión de la caridad paternal de un Obispo, y del valor invencible de un mártir. Pasajes hay en este escrito, cuya vigorosa elocuencia puede sostener, y quizá con ventaja, una comparación con las elocuentes oraciones de Demóstenes. Tales son, por ejemplo, aquellos en que con noble indignación vindica la legitimidad de su jurisdicción, ó recuerda la historia de su vida y sus persecuciones; y otros en que da expansión á su caridad, ó revelan su entereza y valor apostólico.

En su libro *ad Demetrianum* hay un pasaje que comienza «Innoxios, justos. Deo caros como privas (fol. 516), y concluye «Venturum judicium confitentur.» No se sabe qué admirar más en este trozo: si el vigor de los sentimientos ó lo apremiante del raciocinio; condiciones que contribuyen á hacerle admirablemente sublime.

San Basilio se elevó en algunos casos á una altura increíble. ¿Qué cosa hay más sublime que su homilía «In illud, Destruam horrea,» etc., (tom. ii, fol. 43) y la otra «In divites?» (fol. 51.) ¿Qué se puede comparar con los

sublimes rasgos, por ejemplo, que se leen en el n. 4 de la primera, y en los números 8 y 9 de la segunda de estas homilías?

Recordamos algunos rasgos sublimes que se leen en la homilía XXIII de San Juan Crisóstomo, sobre la epístola á los Hebreos, tom. xii, fol. 214; y otros en la exposición del salmo XLVIII, tom. v, fol. 203.

El mismo Santo Doctor, exponiendo unas palabras de San Pablo, recomienda con estilo sumiso la heroicidad del Apóstol, que se abstenía, no sólo de lo que le era permitido, sino que ni aún quería recibir los alimentos que por su apostolado le eran debidos de justicia; contraponen á esta conducta la de los que no cumplen con el precepto de la limosna; y exaltado el espíritu del grande orador, lanza rasgos de sublime elocuencia. (In epist. I ad Corinth., hom. XXI, nn. 5 y 6, tom. x, fol. 186.)

San Efrén se muestra sublime muy á menudo; y especialmente cuando trata, que es con mucha frecuencia, de la muerte y del juicio.

San Agustín aduce ejemplos de los tres géneros de estilo, tomados del Apóstol San Pablo, de San Cipriano y San Ambrosio. (*De Doctr. christ.*, caps. xx y xxi, tom. iii, fol. 107.)

Es seguro que cuantos estudien los modelos que hemos citado, repetirán cuanto, con profunda convicción y confianza ilimitada, hemos señalado en la pág. 149.

## LECCION XXVIII.

## Teoría y práctica.

Prorsus novera intus in animo, ubi ars ipsa pulchrior est quam illa quæ arte fabricantur. Sed quod videt artifex intus in arte, hoc foris probat in opere, et hoc est perfectum quod artificii suo placet. (S. Aug.: *De Genesi contra Manich.*, lib. i, cap. viii, tom. iii, fol. 179.)

## Dificultades de la composición.

Las observaciones de San Bernardo, citadas en la página 150, las expuso el Santo en la carta que, en parte, hemos copiado en la pág. 259.

## Lectura é imitacion de buenos modelos.

Quoniam si acutum et fervens adsit ingenium, facilius adhæret eloquentia legentibus et audientibus eloquentes, quam eloquentiæ præcepta sectantibus. Nec desunt ecclesiasticæ litteræ, etiam præter canonem in auctoritatis arce salubriter collocatum, quas legendo homo capax etsi id non agat, sed tantummodo rebus quæ ibi dicuntur intentus sit, etiam eloquio quo dicuntur, dum in his versatur, imbuitur; accedente vel maxime exercitatione sive scribendi, sive dictandi, postremo etiam dicendi, quæ secundum pietatis ac fidei regulam sentit. Si autem tale desit ingenium, nec illa rhetorica præcepta capiuntur; nec, si magno labore inculcata quantalacumque ex parte capiantur, aliquid prosunt... Et tamen in sermonibus atque dictionibus eloquentium, impleta reperiuntur præcepta eloquentiæ. (S. Aug.: *De Doct. christ.*, lib. iv, cap. iii, tom. iii, fol. 90.)

Porro qui non solum sapienter, verum etiam eloquenter vult dicere, quoniam profecto plus proderit, si utrumque potuerit; ad legendos vel audiendos et exercitatione imitandos eloquentes eum mitto libentius, quam Magistris artis rhetoricæ vacare præcipio, si tamen ii qui leguntur et audiuntur, non solum eloquenter, sed etiam sapienter dixisse vel dicere veraci prædicatione laudantur. Qui enim eloquenter dicunt, suaviter; qui sapienter, salubriter audiuntur. Propter quod non ait Scriptura, multitudo eloquentium; sed, *Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum*. Sicut autem sæpe sumenda sunt et amara salubria, ita semper vitanda est perniciosa dulcedo. Sed salubri suavitate, vel suavi salubritate, quid melius? Quanto enim magis illic appetitur suavitas, tanto facilius salubritas prodest. Sunt ergo ecclesiastici viri qui divina eloquentia non solum sapienter, sed eloquenter etiam traciaverunt: quibus legendis magis non sufficit tempus, quam deesse ipsi studentibus et vacantibus possunt. (S. Aug.: lib. iv, cap. v, fol. 92.)

## De la manera de traducir.

Nunc vero quum ipsa Epistola doceat nihil mutatum esse de sensu; nec res additas; nec aliquid dogma confictum, faciunt ne intelligendo, ut nihil intelligant, et

dum alienam imperitiam volunt coarguere, suam profiteor, me, in interpretatione Græcorum, absque Scripturis sanctis, ubi et verborum ordo et mysterium est, non verbum è verbo; sed sensum exprimere de sensu. Habeoque hujus rei magistrum Tullium, qui Protagoram Platonis, et *Æconomicon* Xenophontis, et *Æschynis* ac Demosthenis duas contra se orationes pulcherrimas transtulit. Quanta in illis prætermiserit, quanta addiderit, quanta mutaverit: ut proprietates alterius linguæ, suis proprietatibus explicaret, non est hujus temporis dicere. Sufficit mihi ipsius translatoris auctoritas, qui ita in prolongo earumdem orationum loquutus est: «Putavi mihi suscipiendum laborem utilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes, interseque contrarias, *Æschynis* et Demosthenis: nec converti, ut interpretes, sed ut Orator, sententiis iisdem, et earum formis, tam figuris quam verbis ad nostram consuetudinem aptis. In quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere: sed genus omne verborum vimque servavi. Non enim me annumerare ea lectori putavi oportere; sed tamquam appendere.» Rursum in calce sermonis: «Quorum ego, ait, orationes, sicut spero, ita expressero, virtutibus utens illorum omnibus, id est, sententiis, et earum figuris, et rerum ordine: verba persequens eatenus, ut ea non abhorreant à more nostro. Quæ si è Græcis omnia conversa non erunt: tamen ut generis ejusdem sint, elaboravimus.» Sed et Horatius vir acutus et doctus, hoc idem in *Arte Poëtica* erudito interpreti præcipit. «Nec verbum verbo curabis reddere, fidus interpretes.» Terentius, Menandrum: Plautus et *Cæcilius*, veteres comicos interpretati sunt. Numquid hærent in verbis: ac non decorem magis et elegantiam in translatione conservant...? Unde et ego doctus à talibus ante annos circiter viginti, et simili tunc quoque errore deceptus, certe hoc mihi à vobis obijciendum nesciens, cum Eusebii Cæsariensis cronicon in Latinum verterem, tali inter cætera usus sum præfatione. Difficile est alienas lineas insequentem, non alicubi excidere: et arduum, ut quæ in alia lingua bene dicta sunt, eundem decorem in translatione conservent. Significatum est aliquid unius verbi proprietate: non habeo meum quod id efferam; est dum quæro implere sententiam longo ambitu, vix brevis viæ spatia consummo. Accedunt hy-

perbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum. Ipsum postremo suum, et, ut ita dicam, vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, absurde resonant: si ob necessitatem aliquid in ordine, vel in sermone mutavero, ab interpretis videbor officio recessisse. Et post multa, quæ nunc persequi otiosum est, etiam hoc addidi: Quod si cui non videtur linguæ gratiam in interpretatione mutari, Homerum ad verbum exprimat in latinum. Plus aliquid dicam: eundem sua in lingua prosæ verbis interpretetur: videbis ordinem ridiculum: et Poëtam eloquentissimum vix loquentem.

Verum ne meorum scriptorum parva sit auctoritas, (quamquam hoc tantum probare voluerim, me semper ab adolescentia non verba, sed sententias transtulisse) qualis super hoc genere præfatiuncula sit, in libro quo Beati Antonii vita describitur, ipsius lectione cognosce. «Ex alia in aliam linguam expressa ad verbum translatio, sensum operit; et veluti læto gramine, sata strangulat. Deum enim casibus et figuris servit oratio, quod brevi poterat indicare sermone, longo ambitu circum acta vix explicat. Hoc igitur ego vitans, ita beatum Antonium te petente transposui, ut nihil desit ex sensu, quum aliquid desit ex verbis.» Alii syllabas aucupentur et litteras, tu quære sententias. Dies me deficiet, si omnium quia sensum interpretati sunt, testimonia replicavero. Sufficit in præsentem nominasse Hilarium Confessorem, homilias in Job et in Psalmos tractatus plurimos in Latinum vertit è Græco, nec assendit litteræ dormitanti, et putida rusticorum interpretatione se torsit: sed quasi captivos sensus in suam linguam, victoris jure transposuit. (S. Hieronym., Epist. XXXIII ad Pammachium, de optimo genere interpretandi, tom. iv, pars II, fol. 250.)

**Crítica literaria de un pasaje de Amós.—San Agustín.**

Cum igitur argueret impios, superbos, luxuriosos, et fraternæ ideo negligentissimos charitatis, rusticus vel ex rustico iste Propheta exclamavit, dicens: «Væ qui opulenti estis in Sion, et confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientiæ pompaticæ domum Israel! Transite in Chalanne, et videte, et ite inde in Emath magnam, et descendite in Geth Palæstinorum, et ad optima quæque regnat horum, si latior terminus eorum termino vestro es. Qui separatis estis in diem malum, et ap-

propinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, et lascivitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, et vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocem Psalterii. Sicut David putaverunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinum, et optimo unguento delibuti: et nihil patiebantur super contritione Joseph.» (Amos, vi, 1-6.) Numquidnam isti, qui Prophetas nostros tanquam ineruditos et elocutionis ignaros veluti docti disertique contemnunt, si aliquid eis tale vel in tales dicendum fuisset, aliter se voluissent dicere, qui tamen eorum insanire noluissent?

Quid enim est quod isto eloquio aures sobriæ plus desiderent? Primo ipsa invectio, quasi sopitis sensibus ut evigilarent, quo fremitu illisa est? «Væ qui opulenti estis in Sion, et confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum, ingredientiæ pompaticæ domum Israel! Deinde, ut beneficiis Dei, qui eis ampla spatia regni dedit, ostendat ingratos, quoniam confidebant in monte Samariæ, ubi utique idola colebantur. «Transite, inquit, in Chalanne, et videte, et ite inde in Emath magnam, et descendite in Geth Palæstinorum, et ad optima quæque regna horum, si latior terminus eorum termino vestro est.» Simul etiam cum ista dicuntur, locorum nominibus tanquam luminibus ornatur eloquium, quæ sunt Sion, Samaria, Chalanne, Emath magna, et Geth Palæstinorum. Deinde verba quæ his adjunguntur locis, decentissime variantur: «Opulenti estis, confiditis, transite, ite, descendite.»

Consequenter denuntiatur futura sub iniquo rege appropinquare captivitas, cum adjungitur. Qui separati estis in diem malum, et appropinquatis solio iniquitatis.» Tunc subjiciuntur merita luxuriæ: «Qui dormitis in lectis eburneis, et lascivitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, et vitulos de medio armenti.» Ista sex membra tres bimembres circuitus ediderunt. Non enim ait, qui separati estis in diem malum, qui appropinquatis solio iniquitatis, qui dormitis in lectis eburneis, qui lascivitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, et vitulos de medio armenti; si ita diceretur, esset quidem et hoc pulchrum, ut ab uno pronomine repetito singula sex membra decurrerent, et pronuntiantis voce singula finirentur; sed pulchrius factum est, ut eidem pronomini essent bina subnexa, quæ tres sententias explicarent; unam ad captivitatis prænuntiationem. «Qui separati estis in diem malum, et appropin-

quatis solio iniquitatis;» alteram ad libidinem, «qui dormitis in lectis eburneis, et lascivitis in stratis vestris;» ad voracitatem vero tertiam pertinentem. «Qui eomeditis agnum de grege, et vitulos de medio armenti:» ut in potestate sit pronuntiantis, utrum singula finiat, et membra sin sex, an primum et tertium et quintum voce suspendat, et secundum primo, quartum tertio, sextum quinto connectendo, tres bimembres circuitus decen-tissime faciat; unum quo calamitas imminens: alterum quo lectus impurus, tertium quo prodiga mensa monstretur.

Deinde luxuriosam remordet aurium voluptatem. Ubi cum dixisset: *Qui canitis ad vocem psalterii*, quoniam potest exerceri sapienter à sapientibus musica, mirabili decore dicendi, invectionis impetu relaxato, et non ad illos sed de illis jam loquens, ut nos musicam sapientis à musica luxuriantis distinguere commoneret, non ait. Qui canitis ad vocem psalterii, et sicut David putatis vos habere vasa cantici: sed cum illud ad illos dixisset, quod luxuriosi audire deberent, *qui canitis ad vocem psalterii*, imperitiam quoque eorum aliis quodammodo indicavit, adjungens. «Sicut David putaverunt se habere vasa cantici, bibentes in phialis vinum, et optimo unguento delibuti.» Tria hæc melius pronuntiantur, si suspensis duobus prioribus membris circuitus, tertio finiantur.

Jam vero quod his omnibus adjicitur, *et nihil patiebantur super contritione Joseph*, sive continuatim dicatur ut unum sit membrum, sive decentius suspendatur, *et nihil patiebantur*, et post hanc distinctionem inferatur, *super contritione Joseph*, atque sit bimembris circuitus; miro decore non dictum est, nihil patiebantur super contritione fratris, sed positus est pro fratre *Joseph*, ut quicumque frater proprio significaretur ejus nomine, cujus ex fratribus fama præclara est, vel in malis quæ pendit, vel in bonis quæ rependit. Iste certe tropus ubi Joseph quemcumque fratrem facit intelligi, nescio utrum illa quam didicimus et docuimus, arte tradatur. Quam sit tamen pulcher, et quemadmodum afficiat legentes atque intelligentes, non opus est cuiquam dici, si ipse non sentit.

Et plura quidem, quæ pertinent ad præcepta eloquentiæ, in hoc ipso loco, quem pro exemplo posuimus, possunt reperiri. Sed bonum auditorem, non tam si diligenter discutiatur, instruit, quam si ardentem pronun-

tietur, accendit. Neque enim hæc humana industria composita, sed divina mente sunt fusa et sapienter et eloquenter; non intenta in eloquentiam sapientia, sed à sapientia non recedente eloquentia. Si enim, sicut quidam disertissimi atque acutissimi viri videre ac dicere potuerunt, ea quæ velut oratoria arte discuntur, non observarentur et notarentur, et in hanc doctrinam non redigerentur, nisi prius in oratorum invenirentur ingenii; quid mirum si et in istis inveniuntur, quos ille misit qui facit ingenia? Quapropter et eloquentes quidem, non solum sapientes, canonicos nostros auctores doctoresque fateamur, tali eloquentia, qualis personis ejusmodi congruebat. (S. Aug.: *De Doctr. christ.*, lib. iv, capitulo viii, tom. iii, fol. 96.)

En este mismo libro analiza el Santo Dæctor vários pasajes del Apóstol.

**Los jóvenes no deben descuidar enteramente en sus composiciones lo que llaman los literatos el número, cadencia, ó música en las cláusulas; pero tampoco han de atender á ello con exceso.—San Agustín.**

Después de observar el Santo que en las divinas Escrituras no abunda el ornato «qui numerosis fit clausulis,» y de dar la razón por qué convenia que así fuese, añade lo que sigue:

«Sed cavendum est ne divinis gravibusque sententiis, dum additur numerus, pondus detrahatur. Nam illa musica disciplina, ubi numerus iste plenissime discitur, usque adeo non defuit Prophetis nostris, ut vir doctissimus Hieronymus quorundam etiam metra commemoret, in hebræa dumtaxat lingua (*Hieron., in prologo super Job*): cujus ut veritatem servaret in verbis, hæc inde non transtulit. Ego autem ut de sensu meo loquar, qui mihi quam aliis et quam aliorum est utique notior, sicut in meo eloquio, quantum modeste fieri arbitror non prætermitto istos numeros clausularum; ita in auctoribus nostris hoc mihi plus placet, quod ibi eos rarissime invenio. (S. Aug.: *De Doctr. christ.*, lib. iv, cap. xx, n. 41, tom. iii, fol. 109.)

**Utilidad de las composiciones trabajosas.**

Fit enim fere, ut quod non sine labore atque industria partum est, artius quoque teneatur: quod autem nul-

lo negotio comparatum est, citissime vilescat, et abjiciatur, utpote quod recuperari potest. (S. Gregor. Nazianc., Orat. XXIV, tom. I, fol. 481.)

**Lamentábase San Agustín de que en las composiciones en que sobre las obras de la creación se ejercitaba á los niños en la escuela, no se procuraba que levantasen su espíritu al Criador.**

*Et virtutem tuam annuntiabunt.* Neque enim opera tua laudabunt, nisi ut virtutem tuam annuntient. Proponuntur laudes pueris in schola, et omnia talia proponuntur quæ laudentur, quæ Deus est operatus: proponitur homini laus solis, laus cœlis, laus terræ; ut ad minora etiam veniam, laus rosæ, laus lauri: omnia ista opera Dei sunt, proponuntur, suscipiuntur, laudantur; opera celebrantur, de operatore tacetur. Ego in operibus volo laudari Creatorem; ingratum non amo laudatorem. Laudas quod fecit, taces de illo qui fecit? Quasi vero nisi ille tantus esse, invenires quod laudares. In eo quod vides, quid ibi laudatur? Species, utilitas, aliqua virtus, aliqua potentia rerum istarum. Si pulchritudo te delectat, quid pulchrius faciente? Si utilitas laudatur, quid illo utilius, qui fecit omnia? Si virtus laudatur, quid illo potentius à quo facta sunt omnia; à quo etiam facta non dimittuntur, sed reguntur et gubernantur omnia? Non ergo quemadmodum quidam eloquentes muti, laudantur creaturam, obliviscentes Creatorem; non sic te laudat generatio et generatio in servis tuis, cum laudat opera tua. Sed quomodo laudat? *Et virtutem tuam annuntiabunt.* In laudandis operibus tuis, virtutem tuam annuntiabunt. (S. Aug.: Enarrat. in psalm. cxliv, n. 7, tom. iv, folio 1873.)

#### LECCION XXIX.

##### Necesidad de preparar los discursos.

San Juan Crisóstomo recomienda al orador que los prepare cuidadosamente. (*De Sacerd.*, lib. v, cap. I, tom. I, fol. 415.)

Vacare autem studiis diligentius quam quæ populi audiunt instruendis, propter ecclesiasticas occupationes

omnino non possunt. (S. Aug., Hieronym., Epist. LXXIII, tom. II, fol. 247.)

Unusquisque ut potest recordetur quod audivit... Magno labore quæsitæ et inventa sunt, magno labore nuntiata et disputata sunt. (S. Aug.: Enarrat. in psalm. III, n. 19, tom. IV, fol. 1390.)

##### Predicar de concepto.

Solet autem motu suo significare utrum intellexerit cognoscendi avida multitudo; quod donec significet, versandum est quod agitur, multimoda varietate dicendi: quod in potestate non habent, qui præparata et ad verbum memoriter retenta pronuntiant. (S. Aug.: *De la Doctrina cristiana*, lib. IV, cap. X, n. 25, tom. III, fol. 100.— Véase *De Catechiz. rudibus*, capítulos XIII y XV, tom. VI, folios 324-328.—S. Aug., serm. CCLVIII in natali Joann. Baptistæ, *II De voce et verbo*, tom. V, fol. 1302.)

#### LECCION XXX.

##### Los Santos Padres predicaban ordinariamente de concepto.

Creemos haberlo probado suficientemente en la primera parte de esta obra: réstanos sólo acotar los pasajes allí citados.

##### San Basilio.

La homilía VIII del *Hexaëmeron* está en el tom. I, folio 71; y lo que hace al caso presente en el n. 2.—La que improvisó al llegar al templo, donde le esperaban los fieles, versa sobre el salmo cxlv, tom. I, fol. 199.—Las homilías *De gratiarum actione* é *In Martyr. Julitam* están en el tom. III, folios 24-35.—*In ebriosos*, tom. II, fol. 122.

##### San Ambrosio.

Refiere la historia de su persecucion y los términos en que predicó varias veces en los tres días que estuvo asediado en el templo, en la epístola XX, dirigida á su hermana Marcelina, tom. VI, fol. 44, edicion de Venecia.